



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An qui in ipsi actu venereo correptus morbo amisit loquelam, & paulo post expiravit, sit privandus Ecclesiastica sepultura? Et an moriens extra locum duelli sit sepeliendus in Ecclesia? Et an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

por el, que quando esso falta, ha lo de suplir el juez, como dize vna ley. Jsta Villalobos, cui addé Marchantium in *resol. pastoral. tr. 5. c. 3. qu. 4. cas. 3.* Genuensem in *praxi Archiep. c. 61. n. 16.* Barbosam de officio *Parochi. 2. 6. n. 4. 6.* & Iulium Lauorium in *varijs elucubration. tit. 2. c. 12. n. 31. & 32.* qui etiã docent, quòd si publicè constet aliquem non sumpsisse in Paschate Eucharistiam, priuandam esse Ecclesiastica sepultura, secus autem si hoc esset occultum, & ideo Villalobos *vbi supr. n. 5.* sic ait. [Seniega la sepultura al que es cierto y manifesto que no se confesò, o no comulgò vna vez en el año, conforme à vn texto; saluo si mostrasse señales de contrición, o de la enienda, y basteria que esto se prouasse con vn testigo, conforme à lo que dize Siluestro con otros. y en otro caso lo diz vnã glofa. Mas hafe de aduertir que no luego que se sabe que no comulgò, o no se confesò le deuen negar la sepultura, que pudo confesarse con algun religioso, y mandarle que no comulgasse, y en duda no se ha de presumir, que se oluida nãdie de su salud.] Quando verò vlturarius manifestus careat sepultura Ecclesiastica, quia casus non est ita practicabilis nihil dicam: si fortasse acciderit, consule Vgolinum *tr. de usuris. c. 24. §. 4. & seq.*

RESOL. V.

An qui in ipso actu venereo correptus morbo amittit loquelam, & paulo post expirauit, sit priuandus Ecclesiastica sepultura?

Et an mortuus extra locum duelli sit sepeliendus in Ecclesia?

Et an omnes, qui moriuntur in peccato notorio, seu manifesto sine signis penitentia, vt meretrices, concubinarij, vsurarij, heretici, excommunicati, torneatores, & c. sint priuandi Ecclesiastica sepultura?

Et an pro supradictis possint suffragia offerri? Ex p. 5. tr. 3. Rel. 99.

Sup. hoc hereticis, & excommunicatis in tom. 5. tr. 1. Ref. 70. 71. & 72. & pro torneamentarijs, vbi in ref. 66. §. Verum.

§. 1. **R**espondet negatiuè Hurtadus de Mendoza in 2. 2. *disp. 7. 6. sect. 1. §. 2. 1.* vbi sic asserit. Eritne peccatum tumulare hereticum in templo? est enim eadem ratio de quouis peccatore publico non penitente exterius, vt qui in torneamentis occumbunt, aut in aliqua actione moraliter mala; censeo eiusmodi homines (nisi se ipsos occiderint) posse licite donari Ecclesiastica sepultura, quia *c. 2. de usuris in 6.* facta restitutione permittitur sepultura vlturario absque discrimine quòd egerit, vel non egerit penitentiam exterius, imò & pro eiusmodi peccatore video offerri sacrificia (non ago de excommunicato) quia non sumus certi de eius damnatione, potuit enim conuerti absque signis exterius. Ita ille qui §. 2. 1. contra Suarez in 3. *part. 5. disp. 3. 1. sect. 2. n. 8.* & c. docet etiam pro supradictis posse suffragia offerri, quia Ecclesiæ constare non potest vtrum internam non agerint penitentiam, & orationes publicæ, & priuatæ sunt ex hypothesi, quòd ij, pro quibus offeruntur, sint in statu, in quo illis profint.

2. Non desinam tamen hic apponere verba Villalobos in *summa. tom. 2. tract. 3. 1. diff. 3. num. 10.* vbi sic ait. [Ay vna duda, y es, de vna muger publica que se ha uia confessado, y comulgado la Pasqua, y fue hallada muerta à puñaladas en casa de su amigo, y no constò si murio contrita o no. En este caso se duda si se le deue negar la sepultura Ecclesiastica, y aunque parece que si, por vn texto donde se niega la sepultura al que fue muerto estando hurtando, donde se colige, que el que perisimilmente muere en pecado mortal, no ha de ser enterrado en lugar sagrado, y segun Abad, y Ananias

no se presume que muera contrito el que muere estando cometiendo el pecado. Con todo esto Nauarro responde, que no se le deue negar à este la sepultura Ecclesiastica, porque no se sabe el intento con que el amigo la lleuò à su casa, pues la matò; y se ha de presumir que dixo Iesus, quando le dieron las puñaladas, y mostrò otra señal de contrición, y fueren estos de contrición, y fueren de Dios que os tengo de matar, con lo qual no se le deue negar sepultura Ecclesiastica; y el texto citado habla del que fue muerto estando cometiendo el hurto, y assi diria yo por este texto, que quando el marido hallò al amigo de su muger en fragante delito, y los matò ambos, no deuen ser enterrados en lugar sagrado. Jta ille. Sed in vltimo casu aliqui discesepant, nam, vt dicebat Nauar. in alio casu prescribendum est tales aliqua signa contritionis fecisse, quomodo est enim in illo casu immemor suæ salutis, imò, vt ait supra Hurtadus, poterunt conuerti absque signis exterius, ideo asserunt contra Villalobos vxorem & amicum in flagranti à marito occisos non esse priuandos priuatione Ecclesiastica sepultura. Verum his non obstantibus Iacobus Marchantius in *resol. pastor. tract. 5. de moribus. c. 3. §. 4. fol. mibi 639.* docet priuandos esse sepultura omnes, qui moriuntur in peccato mortali notorio, seu manifesto, sine signis penitentia, vt meretrices, concubinarij, vsurarij, & qui in flagranti delicto occidunt, addit tamen, quòd sufficit vnus testis fide dignus, qui attestetur dedisse signa contritionis, vt possint sepeliri.

3. Notandum est etiam hic obiter morientem extra locum duelli esse sepeliendum in Ecclesia, vt alibi emendatum aliquibus Doctoribus satis probauit, quibus nunc addo Hurtadum in 2. 2. *disp. 170. sect. 1. §. 178.* vbi sic ait. Negare tamen non possum, has leges, quamuis iustissimæ sint, esse quidem penales, & maxime acerbas, ac propterea accipiendas quam strictissime. Cum igitur Concilium Lateranense dixerit, si ibi moriatur accipiendum videtur de ipso loco pugnae Physico & in sensu Physico, quapropter si quis extra palæstram moriatur, iam non moritur ibi. Confirmatur, quando in vrbem ponitur interdictionum Ecclesiasticum, non ponitur in suburbis, quamuis vrbis sit attiguum, quia libertas sunt extra urbem, odia autem sunt restringenda ergo eadem ratio militat de loco palæstræ. Confliscus item Tridentinus videtur accipiendus physice, ita vt ibi moriatur paululum post acceptum vulnus, ita ut inter illud & mortem vix sit locus breui confessioni sacramentali, qui ita moritur in confliscu, qui verò ita non moritur, moritur extra confliscum. Cui fauet phrasus communis. Hæc sunt aptissima ad euellendos omnes scrupulos in duellatoribus, & torneatoribus humanis, que non audeo dicere non esse probabilia. Ita ille.

RESOL. VI.

An pueri baptizati in secundina, si illico moriantur, sint in Ecclesia sepeliendi? Ex p. 5. tr. 3. Rel. 112.

§. 1. **Q**ui negant Baptismum collatum infanti secundina induto, non esse validum, vt Valenzia tom. 4. *disp. 4. qu. 3. punt. 2.* & alij, negabunt in loco sacro sepeliendum esse. Ego verò, qui cum Valenzia in 1. 1. *disp. 145. n. 31.* & alijs *vbi supra*, in hoc contra dictum citatis, teneo hunc Baptismum esse validum & existimo consequenter talem puerum esse in Ecclesia sepeliendum nec aliter tenendum est; nam cum pro validitate & Baptismi adit saltem opinio probabilis, qua ratione dictus infans debet carere sepultura Ecclesiastica.

RESOL.